



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Deiparæ in nos beneficia quæ contulit, & quæ expectamus, num. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

bis, ut deleantur iniquitates nostra. hæc ibi.
 Ex quibus satis apparet, quanto studio
 Virginem sanctissimã hoc nomine, quòd
 Dei genitrix fit, colere debeamus.

II.

DEIPARÆ IN NOS

beneficia.

7 SECUNDÒ ad Virginis deuotionẽ præ-
 cipuè nos vrget animi *gratitudo*, p-
 pter innumera, eaq; præstantissima ab ea
 tum in vnumquemq; nostrum *peculiariter*:
 tum etiã *generatim* in vniuersum ho-
 minum genus collata beneficia, quæ non
 minoris ab vnoquoque facienda sunt, q̃
 si solus ipse accepisset, & quidem benefi-
 cia ea, quæ dicuntur *occulta* omittam, quæ
 licet nos lateant; ipsa tamẽ pro sua in nos
 benignitate in dies procurare non cessat,
 siue cum nos à certissimis, quæ impen-
 dent *periculis* seruat immunes: siue cum
 multa *bona* confert. quæ beneficia nunc
 occulta, in futura, vt speramus, vita no-
 bis aperientur vniuersa: vt eo saltem tẽ-
 pore tantę benefactrici gratias agere pro
 virili parte possimus.

De his beneficijs, quæ occulta appella- *B. Virginis*
 re licet, & à Deipara accepimus, & expe- *occulta be*
 ctamus. Nazianzenus in tragœdia de *eneficia.*

Christo patiente, ad Deiparam sermo. *Nazianz.*

mem

Rationes quare Deipara
nem dirigens, seque ei plurimum debere
testatus est, eleganter sic cecinit:

— Vt qua gratia

Modum supra omnem me tua, semper levās;

Me genere quouis casuum truis omnium,

Generalia Hostes apertos, quodq; longè maius est,

Illos, latente machina, qui me petunt

Auertis.

Maximū

Virginis

beneficiū,

quia gignē

do Christū

ad salutē

nostrā est

cooperata.

8 Cæterū, his occultis beneficijs omif-

sis, venio ad ea, quæ ad omnes pertinent

beneficia, quorū illud est præstantissimū;

quoniam ad salutem nostrā singulariter

cooperata est: id quod locupletissimè a-

gnoscent Sancti, quos fusè citauimus cap.

17. 22. & 27. suo enim modo ad Christi

Domini Incarnationē, à quo nobis bonū

omne dimanat, cooperata est, eamque

meruit de congruo, & ex suis visceribus in

Incarnatione Christo subministravit

corpus, quo in cruce oblato à dæmonis

tyrānidē sumus redempti: quo itē in san-

ctissima Eucharistia pascimur, atq; refi-

cimur, vt meritò Augustinus serm. 18. de

Sanctis exclamet in hæc verba:

O B. Maria, quis tibi dignè valeat iura

gratiarum, ac laudum præconia rependere,

qua singulari tuo assensu mundo succurristi

perdito? quas tibi laudes fragilia as humani

generis persoluet, qua solo tuo cōmercio recu-

perandi aditum inuenit. Accipe itaq; quas-

cunq;

August.

cunq; , quascunq; meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. hæc ille. Multa etiam precibus, ac meritis suis nobis de congruo meruit, & impetrauit.

Adhæc Christum Dominum propter nos homines, & propter nostram salutem in castellum huius mundi intrantem, Mulier hæc non tantum in domum vteri sui excepit, cuius typum postea gessit Martha, (de qua legitur Luc. 10. quod cum intrasset Iesus in quoddam castellum excepit eum in domum suam:) sed etiam Christo nomine omnium hominum, quorum causa venerat, sollicitè ministravit, eumq; lactauit, atq; educavit, ut 9. & 12. diximus, ita ut Christus dignissimo in terris loco, (ut rectè dixit Bernard. ser. 1. de Assump.) Bernard. vteri scilicet viginalis templo à Virgine sit exceptus: quo nomine ipsa vniuersum genus humanum sibi deuinxit: similiter & in Christi Passione, ut fusius ca 11. dixi ex Bonauentura in 1 sent. d. 39. art. 2. q. 2. licet Christo patiendi maximè cõpateretur: Bonauent. tñ ut conformaretur diuinæ voluntati, placuit ei vnigenitum filium suum pro salute humani generis offerri, ac propterea hoc nomine mirificè eam cõmendandam, & ab omnibus hominibus vnice diligendam affirmat Bonauentura.

Pertinet

Pertinet & ad hoc caput, quod sit misericordie mater, quod que per eam diuina in homines misericordia abunde effundatur, de quo egi cap. 16 & hæc pauca de beneficijs generalibus à Deipara in omnes collatis attingisse sufficiat.

Peculiarioria

Peculiarioria verò que singuli ab ea acceperunt beneficia, quisq; reputare secum potest: illud certum est, neminẽ esse, qui se abscondat à calore eius: omnesque illius misericordiam in multis expertos esse.

III.

A DEIPARA BENEFICIA

expectamus.

Tertio ad Virginis pietatem nos excitare debent non tantum beneficia ab ea accepta, de quibus iam diximus: verum etiam quæ per ipsam, & ab ipsa in posterum speramus: cum enim simus miseri, omnium rerum egentes, multis erratis obnoxij, viribus ad omne bonum imbecilles, omniq; humano auxilio destituti, à dæmone vaferrimo, atq; immaniſſimo hoste, qui tanquã leo rugiẽs circuit querens quem deuoret, acerrimẽ oppugnari, idcirco diuino præsidio, auxilioq; maximẽ indigemus: tum vt peccata nobis admissa remittantur: tum etiam, vt ab infidijs

fidij hostium visibiliū, atq; inuisibiliū
interius, exteriusque diuina virtute mu-
niamur, ac tandem ad extremum vsque
spiritum in bono perseueremus.

At verò apud Christum nulla nobis v-
tilior Aduocata ad ea dona impetranda,
quàm Virgo Deipara, quę apud eum plu-
rimum potest, eiq; maximè gratiosa est:
nec vllam, si quicquā petierit, repulsam
patitur, & pro sua in nos misericordia,
nostras necessitates materno cōplectitur
affectu. Quare Aduocata est nostra, vt c.
30. d. xi. suisq; precibus efficacissimis prę-
sentissimam Dei opem nobis implorat.

Et quidem Bernar. serm. Signum ma-
gnum: Sufficere, inquit, poterat Christus,
siquidem & nunc omnis nostra sufficientia
ex Deo est: sed nobis bonum nan erat esse ho-
minem solum, congruum magis, vt adesset
nostra reparationi sexus vterque. & infra:
Christus misericors est, habet tamē iudicia-
riam potestatem: deniq; Deus noster ignis cō-
sumens est, Quidni vereatur peccator acce-
dere? Ne quemadmodum cera fluit à facie
ignis, sic pereāt peccatores à facie Dei: op^o est
enim mediatore ad mediatorē stū: nec alter
nobis utilior quā Maria. & rursum: Deniq;
Maria omnib. omnia facta est, sapiētibus &
insipiētibus copiosissima charitate debitricē
se fecit, omnib. misericordia sinū aperit, vt de
pleni-

Bernard.

2. Cor. 3.

Deut. 4.

Psalm. 67.

plenitudine eius accipiāt uniuersi, Æger cō-
rationē, Tristis consolationē, Peccator veni-
am, Iustus gratiā, Angelus letitiā, deniq; to-
ta Trinitas gloriā, Filij persona carnis huma-
na substantiā, ut non sit qui se abscondat à ca-
lore eius: & quēadmodum Sol super bonos &
malos indifferēter oritur: sic ipsa sole amicta
præterita non discutit merita. sed omnibus se
exorabilem, omnibus clementissimā præbet,
omnium deniq; necessitates amplissimo quo-
dam miseratur affectu. hæc ex Bernard.

S. Antoni-
nus.

10 Certè, ut dixi c 30. ex S. Antonino 4.
par. tit. 15. c. 9 §. 2. Sapientia, & auctoritas
Deiparæ in munere Aduocatæ elucet, q̄
causam nostrā euincit contra Aduersariū
sagacem, qui est & æmon in causa despera-
tissima, qualis est peccatoris, & apud De-
um Iudicem sapientissimum, & pariter iu-
stum, quem placat. Meritò igitur Augu-
stinus ser. 18. de Sanctis ad Virginem: Sit,
inquit, per te excusabile, quod per te ingri-
mus: fiat impetrabile, quod fida mente pos-
imus: accipe quod offerimus: redona quod ro-
gamus: excusa quod timemus: quia tu es spes
unica peccatorum: per te speramus delictorū
veniam & in te beatissima nostrorū est ex-
pectatio præmiorum. hæc Augustinus.

August.

Et verò cum Virgo sanctissima, ut ca.
16. dicebamus, sit Aquæ ductus coelestium
gratiarū, & in corpore mystico Ecclesiæ
sit

sit collum, sit radix, necnō Fenestra, Sca-
 la, & Porta cœli, & Stella maris: sit etiam
 mediatrix nostra, ut c. 30 ostendimus: qui
 voluerit cœlestibus donis repleti, ad hūc
Aqueductum accedat: qui Christi capitis
 influxus vberes desiderat, huic collo con-
 iūgatur, huic *radici* vniatur: similiter per
 hanc *fenestram*, per hanc *scalam*, per hanc
portam in cœlum conscendere, ac intrare
 nitatur: hanc apud Christum *mediatricē*
 ad ea exorāda, quæ saluti sunt necessaria,
 adhibeat: per hanc *maris stellam* in medijs
 huius vitæ procellis cursum suū ad cœle-
 stem dirigat portū. Etenim quoad stellæ
 huius aspectum nō amiserit, spem habet
 ex procellis hisce evadendi maximā: *Ta-*
le, inquit Bonauen. in spec. c. 3. *est officium*
Stella nostra Maria qua navigātes per mare
mundi in naui Innocētia, vel poenitentia di-
rigit ad littus cœlestis Patriæ: Propter hoc be-
nē Innocentius ait sic: Quibus auxilijs pos-
sunt naues inter tot pericula pertrāsire vsq;
ad littus Patriæ? Certè, inquit, per duo scilicet
per lignum, & stellā, id est per fidem cru-
cis, & per virtutem lucis, quā peperit nobis
Maria maris stella. hæc Bonauen. ex In-
nocentio, cui cōsonat explicatio illa Pe-
tri Damiani Psal. 22. Virga tua, & baculus
tuus, ipsa me consolata sunt: ait enim in ser.
de Assump. in Virgine virga, in baculo cru-
ce, mi-

Bonauen.

Innocent.

Pet. Dam.
Psal. 22.

22 *Rationes quare Deipara
ce. miserorum spes, & consolatio continetur.*

Luc. 13. Quis autem enumerare valeat eos, qui per Virginem Christo conciliati sunt: vel qui Virginis ope à molestissimis tentationibus & perplexitatibus sunt liberati? Vel, quod maius est, vires huiusmodi tentationibus resistendi ad consequendam victoriæ coronam sunt adepti? Quot per Virginem à cœno peccatorum ad Christi gratiam emerferunt? Quot tepidi mox à Domino euomendi, non statim velut arbores infructuosæ sunt succisi, ne terram frustra occuparēt, sed per Virginem expectati, vt fructus facerent? Quot à seculi, & ambitionum fluctibus ad tutissimum sacrae Religionis portum Virginis auxilio commigrarunt?

Cæsarius. Cæsarius lib. 7. miracul. ca. 1. de Virgine agēs, paucis multa complectitur: *Ipsa, inquit, est orbis conseruatric, & tribulato-
rū consolatrix, fida sibi famulantium defen-
satrix: per ipsam peccatores illuminantur, de-
sperati ad confessionē reparantur, Apostata à
Deo p ipsā Deo mirabiliter conciliantur, iusti
revelationibus consolantur, nomen eius, &
memoriale ei⁹ morbos sanat, demones fugat,
vincula soluit, timores pellit, tentationes cō-
pescit: per ipsā pusillanimes cōfortantur, tor-
pentes excitantur, eiecti misericordi. ⁊ reuo-
cātur, diligentes se diligit: imò diligēdo pra-*
uenit

venit & honorat: & contemnetes se, quia
iusta est, punit, & humiliat: apud ipsam ele-
ctissima sunt confortativa, unguenta sana-
tiva: Nomen eius super mel dulce, & hære- Ecel. 24.
ditas eius super mel, & fauum: morientibus
assistit, & mortuorum animas ad v. tã per-
ducit aeternam. hæc Cæsarius: quæ omnia
toto illo lib. 7. multis miraculis, & exem-
plis comprobat, atque confirmat.

IV.

DEIPARA UT MATER VI-
ventium diligenda.

Quartò ad Virginis devotionẽ illud
quoq; nos inflammare debet,
quoniam Deipara, ut ea 27. uberius dixi:
Mater est viventium, mater etiã nostra,
cui à Christo, dum esset in cruce, in Ioã- Ioan 19.
ne in filios traditi sumus illis verbis: Mu-
lier ecce filius tuus: cumq; ipsa egregiè ma-
tris munera in nos exerceat (amat enim
nos, curam nostri gerit, à malis animæ, &
corporis liberat) Deum iustè contra nos
iratum placat: qua omnia plenius c. 27. 28.
& 29. ostendimus diuinã quoq; nobis mi-
sericordiam exorat, de quo cap. 16 egimus.
debemus & nos tantæ matri, cuius auxi-
lio, atq; p̄sidio in primis egemus, officijs,
atq; obsequijs respondere, eiq; omnem
deuo-